

Mythologia, Francfort, 1581 - IV, 16 : De Horis

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[46\] : De Horis](#)

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre IV

Ce document est une version augmentée de :

[Mythologia, Venise, 1567 - IV, 16 : De Horis](#)

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre IV

[Mythologie, Paris, 1627 - IV, 17 : Des Heures](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre IV

[Mythologie, Lyon, 1612 - IV, 16 : Des Heures](#) est une traduction de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Francfort, 1581 - IV, 16 : De Horis, 1581

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 14/01/2026 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/5952>

Copier

Présentation du document

PublicationFrancfort, André Wechel, 1581

ExemplaireRegensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307

Formatin-8

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Paginationp. 417-419

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Heures](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 25/11/2024

ſis & terræ liberalitas, quæ tantum frugum accennum pro exiguo ſemini cumulo reddiderit, ſi cæli clementia ita patiatur. Neq; placet illorum ſententia, qui dicunt pro acceptis beneficiis duplicem gratiam referri convenire: quoniam viri boni multiplicem referunt: at mali non modò nullam, ſed iniurias plerumque pro acceptis beneficiis facciſunt. quidam enim cum gratias referre nolunt, tum demum ſe liberos fore arbitrantur, ſi aliquam iræ ſimulationem inueniant. atque is non vir bonus planè eſt, ſed gratiarum venditor & mercator, qui facit beneficium vt duplex referat. Has virgines putarunt, quia honeſtiſſimum eſt lucrum è rebus prædictis, neq; tamen nudas omnino illas eſſe conceſſerim, quia nemo niſi inſanus, aut Deus optimus, & omnium pater nulla ſpe oblata eſt munificus. nam quæ in Deo laudabilis eſt munificentia & liberalitas, illa ſtultitia eſt in homine, niſi cum prudentia fuerit coniuncta. Vocatæ poſtea ſunt Charites non ſolum illæ ſuperiores, ſed omnia quæ iucunda viderentur, gratias continere, quali leſitiam, dicta ſunt: vt in his inquit Muſæus:

πρὸς δ' ἑκαλίων χάριτες ῥέουσ' αἰ δὲ παλαιὴ
τρεῖς χάριτες ἡδίστατο τρυφόντων. αἷς δὲ τις Ἡρῆς
ἑφ' ἁλμῆς γάλας, ἰκατὸν χάριτας τὴν ἡλῆ.

Tres charites præſci falſò dixere, ſtuebant

Nam charites plures è membris vnum ocellus

Ridens florebat centum, ſed pluribus, Herus.

Quid igitur ſibi per Gratianum inuentionem voluerunt antiqui: homines ad pacem & ad probitatem hortabantur, quoniam ex his per diuinam bonitatem, quæ ſemper vitis bonis eſt propenſa, omnia commoda, omnes diuitiæ, omnis tranquillitas in humanum genus manaret. atque ita homines ad ſtadium honeſtiſſimum agriculturæ hortabantur. Verùm cum iniuriæ & auaritia omnia recta conſilia ſubuertiffent, omnemque vitæ tranquillitatem, & agriculturæ ſtadium profanaſſent, has tertiam reliquiſſe inquit poetæ: quas cum ad priuata negotia quidam detorſiſſent, ſpoliarunt, nudas oſtenderunt, multisque iniuriis affecerunt, & ridicula quædam de illis conſinxerunt, quæ illis explananda relinquimus. Nunc verò dicamus de Horis.

De Horis. CAP. XVI.

DE Horarum parentibus & nominibus nulla eſt dubita-

D

tio aut certe perexigua: cum omnes propè scriptores consen-
tiant illas è Ioue & Themide natas esse, inter quos fuit Hesio-
dus qui in Theogonia ita scribit:

δ'ὲν τε γὰρ ἠγάγετο Λιπαρὸν Θίον, ἢ τί κεν ἄρα τ,
Εὐνομίῳ τε, εἰκῇ τε, καὶ Εἰρῶνι τε Ἀλφειῶ
αἶτ' ἔργ' ὠρμήσσι κατακύνητοισι βροτῶσι.

*Inde Themis rursus ducit, sibi qua parit Horas,
Eunomiamq; Dicenq;, Irenen deinde Vigentem,
Maturare quibus cura est mortalia facta.*

Orpheus non solum ex iisdem parentibus, sed etiam verno
tempore natas esse dixit in his carminibus:

αἶψα νηοτὶ ρῶσσι μῆσσι καὶ λυγρὸς ἀνακτορ,
Εὐνομίῃ τε, εἰκῇ τε, καὶ Εἰρῶνι πολυόλβη,
Ἐσπρινῶ, Λυμνιᾷ δέ, Πλυπίνθιμοι.

*Et Iouis & Themidis Hora de semine nata,
Eunomia, atque Dico, atque Irene diues, & omnes
Florentes, Verna, prati velamine lata.*

Pausanias in Bœoticis non hæc, sed alia Horarum nomina at-
tulit longè diuersa: vocauitque aliam Carpo, aliam Thalloten,
alterius nomen non dixit: nam καρπὸς fructum significat,
θάλασσα pullulare: quas idcirco ἐπικαρπῖες siue fructíferas vo-
cavit Aratus in his carminibus:

ὅς τοις ἡλίος φέρεται δωδεκάθετος πῦσι
πάντ' ἐν αὐτῶν ἔργων καὶ εἰ ποδὶ τέτατον ἰόντι
κύκλον, αἰέοντι πῦσι ἐπιχρῆται ἡ γαῖα.

*Per duodena redit mundi sol aureus astra,
Deducens annum, dum circolo labitur illo,
Fructifera semper crescunt, ingentur & Verna.*

Hæc portas cœli seruare dixit Ovidius in primo Fastorum:

Præsideo foribus cœli cum matibus Horæ,

Hæc & molles habere pedes, & omnium Deorum tardissimas,
& noui semper aliquid afferre ita dixit Theocritus in Sytaci-
dis:

μὴν δ' ὡς δέ τ' ὅτ' ὁ μὲν ἀνέποδες ἀρχαῖον ἔρει.
βᾶρει γὰρ μακάρων ἔρει φίλων, ἀλλὰ πρὸς τοὺς
ἔρχεται πάντας βροτοῖσι δότι φέροισιν.

*Mollibus hinc Hora pedibus Venere secundo
Post decimum mensem, ut grata tardissima at illo
Sunt superum, ac noua ferre solent mortalibus &que.*

Homen

Homerus libro quinto Iliadis non solum portas cœli seruire, sed etiam nubes inducere, & serenum facere cum libuerit, inquit: quippe cum apertum serenum cœlum nominent poetæ, at clausum reclusum nubibus. sic enim inquit:

αὐτόμαται δὲ πύλαι μύκον ἑρᾶν, ἃς ἔχει τὸ γαῖαν,

τῇ δὲ πύλῃ τῇ πύλῃ μύκον ἑρᾶν, ἃς ἔχει τὸ γαῖαν,

ἃ μὴ ἀνακλῖναι πύκνους τῆς γαῖας, ἃς ἔχει τὸ γαῖαν.

Sponte fores cœli patuerunt, numine servant

Quas Hora: quæ cura pelus, regiaque superna est:

Nubila qua pellunt, qua inducunt nubila cœlo.

Nam Horæ dictæ sunt ἐπὶ τῇ ὥρῃ, quod custodire significat: illæ enim & cœlum, & humanam diligentiam seruire discuntur, & fauere diligentioribus ac studiosis. ¶ Dicuntur Iouis & Themidis filiæ, quoniam cum hilaritas & lætitia ex agrorum fertilitate sint Gratiæ, Horæ fructus ipsi sunt, quas semper ferè poetæ vnâ cum Venere, at cum Gratiis semper certe coniunxerunt. Hæ igitur iisdem artibus quibus & Gratiæ nascuntur, cum Themis sit æquitas, vt videret lex. Nam & Leges, & Iustitia, & Pax, quæ nomina sunt Horarum, si latine profertantur, cultum agnis inducunt: cum bella, iniuriæ, contentiones omnia populentur. Hæ igitur nascuntur ex observatione rerum diuinarum ac legum ciuiliū, quoniam cum Themis sit æquitas, in animis hominum ab ipsa natura insita, diuinum est principium, vnde leges originem ceperunt. tum Iupiter atri temperiem impertit, diuina clementia viris bonis scilicet. nam rerum omnium abundantia comes est probitatis, vt annonæ penuria scelerum & impietatis est affecla: neque vltimū ferè est speculum illustrius malitiæ vel bonitatis hominum, aut diuinæ in nos iræ, quàm temporum vicissitudines. Id significare voluerunt antiqui, cum Horas cœli portis præesse dixerunt, quæ pro arbitrio & nubes inducerent, & cœlum serenum facerent, & omnibus temporibus moderarentur. atque vt summum dicam, nihil aliud per hæc significabant antiqui, nisi quia propter peccata veniunt aduersa. Verum quid essent Horæ, & quod semper cum Gratiis coniunctæ sint, & cur Venerem sequeretur, ex his manifestum esse arbitror, & quod per has proposita rerum omnium copia, quam à diis immortalibus consequemur, ad probitatem nos hortabantur, & ad Deorum cultum: de quibus hæc dicta sufficiant.